Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Casus concientiae - Cod. Ettenheim-Münster 211

Bayer, Rochus

[S.l.], um 1660-1661

Quaestio 7tima

urn:nbn:de:bsz:31-118955

Visual Library

vide Suarez L 4. Cap. n 50. Caeterum reservatio tolli potest ab aliquo casu seu peccato per superiorem sicut censura ob irregulariter tolli possunt etiam extra confessionem sacramentalem et absente eo qui peccatum reservatum commisit. Sublata autem semel reservatione potest deinde absolvi a sacerdote inferiore vide Diana v. absolvere. n 63. et quomodo tollatur reservatio per confessionem sacramentalem.

Quaestio 7tima.

Quomodo Tollatur Reservatio per Confessionem Sacramentalem.

R. reservationem peccati tolli etiam per confessionem invalidam. quando videlicet poenitens obligatus est se accusare de peccato suo reservato apud confessarium habentem potestatem absolvendi a reservatis etiamsi confessarius ille habeat tantum potestatem delegatam nec opus est in confessione petere expresse vel in genere nisi absolvi ab omnibus peccatis, satis est interpretative id petere quod fit dum vult liberari a peccatis quantum fieri potest et confessarius absolvit quantum potest et poenitens indiget. ita Diana n 93. quem citat pro se etiam Henriquez L 6. c 16. n 6. porro sublata hoc modo reservatione peccati potest deinde poenitens et talibus peccatum iam oblitum cuicunque alteri confessario confiteri et ab illo absolvi. quod autem diximus de absolutione reservationis intelligi debet ab omnibus reservatis peccatis sive censuram aut excommunicationem annexam habeant sive non ut tradit idem contra Diana n 98. addunt Caietanus et quidam parte 2. C 7. D 8. dubio. Conclusione 2. idque verum esse etiamsi poenitens non velit lucrari indulgentias iubilei imo etiam si ficte confiteatur iubileo nec aliunde habeat potestatem absolvendi a reservatis quam ex virtute iubilei vide Caietanum verbo absolutio reservatio. Item L 8. C 16. n 6. Diana verbo absolvere n 27. 29. et parte 3. Tract 10. Reso: 28. et 29. Sed quid si confitens malitiose taceat peccata reservata in confessione tollatur nec reservatio a confessario habente potestatem ex iubilei? Respondet idem propositus de censuris C 3 n 107. etiam tunc tolli reservationem a peccatis suppressis seu non manifestatis et posse deinceps a quovis absolvi ab eiusmodi peccatis quia idem est ac si extra confessionem sacramentalem absolveretur a reservatione quod fieri potest ita propositus sed contrarium videtur esse dicendum ac tenendum quia vix credi potest confessarium habere intentionem talem sacrilego confitentem absolvendi a reservatione peccatorum nisi forte tempore iubilei quod verum tamen dixi vix potest.

Quaeres an reservatio tolli possit ab uno peccato absque eo quod eadem tollatur ab altero. R. posse tolli unam sicut alia obstante medio peccato.

quando superiores sunt sibi subordinati uti e Papa et Eps. tunc nec sublata reservatione Epi, non etiam aufertur reservatio papæ licet econtra reser=vatione papæ sublata semper etiam tollatur reservatio Epi. vel alterius inferioris confessarii in eodem peccato saltem ex consuetudine et videre est apud Navarrum C. 27. n. 263. Ceterum quando idem potuum ab eodem superiore vel successore ~~[illegible]~~ eius in tali dignitate constituto sæpius reservatur, censetur hæc reservatio una tantum et tolli etiam per unam abso=lutionem ita Philiutius Tom. 7. n. 314. Suarez D. 31. Sect. 4. n. 25 et sequentibus. et vide dubia circa casus reservatos.

Quæstio Octava.
Alia
Dubia circa Casus Reservatos.

Nota 1mo. si confessarius generaliter absolute petat potestatem absolvendi aliquem a casibus reservatis, is autem pro quo petitur ea potestas iterum recidat in similes casus reservatos dum petitur potestas a confessario pro eum et absolveret ab aliis peccatis reservatis absolvere etiam post licentiam im=petratam commissis. Ecco in petitione facultatis addiderit forte deposituro non amplius recidat in similes casus ita propositus D. 19. n. 22. Diana verbo absol. n. 13.

Nota 2do. qui petit a prælato facultatem absolvendi a reservatis verbis ita conceptis, Est quædam persona quæ indiget potestate abso=lutionis a peccatis reservatis per eadem potestate uti etiam pro se quia gene=ralis verba in persona alterius comprehendit propriam personam ex lege secus c. si potestatem absolvendi a re=servatis hoc modo petat, Rogo Dominationem mihi facultatem pro quadam persona absolvenda aliter non absoluti censeuntur, quando superior in confessione gene=raliter petita nil limitat, intelligitur ~~eam~~ esse concessam tam active tam passive, id est pro se et pro aliis, ita habet Filalogor tomo 1. tract. 9. difficultate 6a. n. 4. Diana parte 1. tract. 9. resolut: 142. § 4. in fine, ~~nota 3tio~~.

Nota 3tio. in casu necessitatis v.g.: communicandi, confitendi, celebrandi, et quando est difficilis accessus ad Episcopum pro petenda absolutione casi reservati, posse quemlibet confessarium ab eo casu absolvere, quod ipsum etiam docetur de casibus papalibus in simili necessitate absolvendi, ita docet Gran: p. 3. controversia 3. sect. 10. dis. 7. n. 12. apud Dianam verbo absolvere.

Quæres quid faciendum sit confessario qui male id est iniuste et invalide absolvit pœnitentem a reservatis? R. communem sententiam esse cum potita